

ROCZNIK TOMISTYCZNY
1 (2012)

ROCZNIK TOMISTYCZNY
1 (2012)

ΘΩΜΙΣΜΟΣ ΤΑ ΧΡΟΝΙΚΑ
ANNARIUS THOMISTICUS
THOMISTIC YEARBOOK
THOMISTISCHE JAHRBUCH
ANNUAIRE THOMISTIQUE
ANNUARIO TOMISTICO
TOMISTICKÁ ROČENKA

ROCZNIK TOMISTYCZNY

1 (2012)

Naukowe Towarzystwo Tomistyczne
WARSZAWA

KOMITET REDAKCYJNY / EDITORIAL BOARD:

Michał Zembrzuski (sekretarz / sekretary), Maciej Słęcki, Magdalena Płotka, Dawid Lipski, Izabella Andrzejuk, Artur Andrzejuk (redaktor naczelny / editor-in-chief)

RADA NAUKOWA / SCIENTIFIC COUNCIL: Stanisław Wielgus, Tomasz Stępień, Antoni B. Stępień, Sławomir Sobczak, Arkady Rzegocki, Andrzej Maryniarczyk, Marcin Karas, Tadeusz Klimski, Krzysztof Kalka, Marie-Dominique Goutierre, Mieczysław Gogacz, Wojciech Falkowski, Mehmet Zeki Aydin, Artur Andrzejuk, Anton Adam.

RECENZENCI / REVIEWERS

Antoni B. Stępień
Marie-Dominique Goutierre
Andrej Slodička

REDAKCJA JĘZYKOWA / LANGUAGE EDITORS

Magdalena Płotka (łacina, angielski), Maciej Igielski (polski), Monika Slodičková (słowacki), Michał Zembrzuski (łacina)

PROJEKT OKŁADKI

Mieczysław Knut

OPRACOWANIE GRAFICZNE, SKŁAD I ŁAMANIE

Maciej Głowacki

ISSN 2300-1976

© Artur Andrzejuk / Naukowe Towarzystwo Tomistyczne (wydawca / editor)

Warszawa 2012

Rocznik Tomistyczny ukazuje się dzięki pomocy Jacka Sińskiego

Redakcja Rocznika Tomistycznego

ul. Klonowa 2/2

05-806 Komorów

POLSKA

Druk i dystrybucja:

WYDAWNICTWO
von Borowiecky

Spis treści

Od Redakcji.....	9
Artur Andrzejuk	
Czym jest tomizm?	11
Mieczysław Gogacz	
Metafizyka św. Tomasza (specyfika głównych zagadnień).....	19

Rozprawy i artykuły

Paul J. Cornish	
A Case against State Sovereignty from the Natural Law Tradition	33
Anton Adam	
Milost' v teológii Wincenta Granata v kontexte filozofie Tomáša Akvinského	49
Michał Zembrzuski	
Intelekt bierny a intelekt możnościowy w ujęciu św. Tomasza z Akwinu	65
Izabella Andrzejuk	
Komplementarność mądrości i roztropności w ludzkim postępowaniu. Ujęcie św. Tomasza z Akwinu	85
Dorota Zapisek	
Miejsce woli w zagadnieniu ludzkiego działania w ujęciu św. Tomasza z Akwinu	109
Artur Andrzejuk	
Swoistość sfery afektywnej w ujęciu Tomasza z Akwinu	123
Anna Kazimierczak-Kucharska	
Naturalne poznawanie aniołów konsekwencją ich ontycznej struktury – zarys ujęcia Tomasza z Akwinu	149
Magdalena Płotka	
Praktycystyczna koncepcja filozofii człowieka jako podstawa rozumienia prawa naturalnego (na przykładzie ujęcia Pawła z Worczyna)	161
Andrzej Marek Nowik	
Metodologia historii filozofii w ujęciu wybranych tomistów	173
Adam Górniak	
Koncepcja transcendentaliów a teoria teologii według Tomasza z Akwinu	183

Edycje

Paulina Brodzik, Michał Poręcki, Jurata Serafińska, Hanna Szczęśniak, Anna Tustanowska, Magdalena Płotka	
Edycja fragmentu komentarza do <i>Etyki nikomachejskiej</i> (BJ 741) Pawła z Worczyna	203

Paulus de Worczyn	
Quaestiones in libros <i>Ethicae nicomacheae</i> Aristotelis (BJ 741, f. 52v-54r)	207

Tłumaczenia

Étienne Gilson	
Badania historyczne i przyszłość scholastyki (tłum. Michał Zembrzuski)	219
Kinga Górka	
Problematyka cielesności demonów w <i>De malo</i> (q. 16, a. 1) św. Tomasza z Akwinu	227
Tomasz z Akwinu	
Kwestie dyskutowane o złu (<i>Quaestiones disputatae de malo</i>, q. 16, a. 1)	229
Michał Zembrzuski	
Analiza problematyki filozoficznej zawartej w <i>Kwodlibecie</i> Tomasza z Akwinu: „Czy anioł jest substancjalnie złożony z istoty i istnienia?”	249
Tomasz z Akwinu	
<i>Kwodlibet</i> (<i>Quaestiones quodlibetales</i>, II, q. 2, a. 1)	255

Sprawozdania i recenzje

Michał Zembrzuski	
Recenzja: M. Mróz, <i>Tajemnica ludzkiej nieprawości. Aktualność nauki św. Tomasza z Akwinu o złu moralnym i wadach głównych</i>, Toruń 2010, Wydawnictwo Naukowe UMK, ss. 627	261
Dawid Lipski	
Tomizm na IX Polskim Zjeździe Filozoficznym	267
Magdalena Płotka, Michał Zembrzuski	
Sprawozdanie z Konferencji Naukowej: „Jak uprawiać i pisać historię filozofii; jak jej nauczać?”	271
Izabella Andrzejuk	
Sprawozdanie z uroczystego wręczenia Nagród imienia Profesora Mieczysława Gogacza	277
Nota o Autorach.....	283

Table of contents

Editorial	9
Artur Andrzejuk	
What is the Thomism?	11
Mieczysław Gogacz	
Metaphysics of Saint Thomas (the specificity of the main problems)	19

Dissertations and articles

Paul J. Cornish	
A case against state sovereignty from the natural law tradition	33
Anton Adam	
Grace in Vincent Granat's theology in the context of the philosophy of St. Thomas Aquinas	49
Michał Zembrzuski	
Passive intellect and potential intellect according to St. Thomas Aquinas	65
Izabella Andrzejuk	
The complementarity of wisdom and prudence in human action. Thomas's Aquinas account	85
Dorota Zapisek	
A place of will in the problem of human action in Thomas's Aquinas view	109
Artur Andrzejuk	
Specific character of the sphere of affection in Thomas's Aquinas account	123
Anna Kazimierczak-Kucharska	
Angel natural cognition as a consequence of their ontological structure – Thomas's Aquinas account	149
Magdalena Płotka.	
Practacist concept of philosophical anthropology of Paul of Worczin as a foundation of natural law theory	161
Andrzej Marek Nowik	
Thomistic account of methodology of history of philosophy	173
Adam Górniak	
The concept of transcendentals and the theory of theology by Thomas Aquinas	183

Editions

Paulina Brodzik, Michał Poręcki, Jurata Serafińska, Hanna Szczęśniak, Anna Tustanowska, Magdalena Płotka	
The edition of the fragment of the commentary on Paul's of Worczin <i>Nicomachean Ethics</i> (BJ 741)	203

Paulus de Worczyn	
<i>Quaestiones in libros Ethicae nicomacheae</i> Aristotelis (BJ 741), f. 52v-54r.....	207

Translations

Étienne Gilson	
Historical research and the future of scholasticism.....	219
Kinga Górka	
The issue of devils corporality in <i>De malo</i> (q. 16, a. 1) St. Thomas Aquinas.....	227
Thomas Aquinas	
<i>On Evil (Quaestiones disputatae de malo, q. 16, a. 1).....</i>	<i>229</i>
Michał Zembrzuski	
Analysis of the philosophical issues contained in Thomas Aquinas <i>Quaestiones quodlibetales</i>. Is an angel substantially composed of essence and existence?.....	249
Thomas Aquinas	
<i>Quodlibetale (Quaestiones quodlibetales, II, q. 2, a. 1).....</i>	<i>255</i>

Reports and reviews

Michał Zembrzuski	
Recenzja: M. Mróz, <i>Tajemnica ludzkiej nieprawości. Aktualność nauki św. Tomasza z Akwinu o złu moralnym i wadach głównych (The Mystery of Human Iniquity. The Topicality of St. Thomas Aquinas's Teachings on Moral Evil and Capital Vices)</i>, Toruń 2010, Wydawnictwo Naukowe UMK, pp. 627.....	261
Dawid Lipski	
Thomism at the 9th Polish Congress of Philosophy.....	267
Magdalena Płotka, Michał Zembrzuski	
Report on the conference "How to do the history of philosophy? How to teach it?".....	271
Izabella Andrzejuk	
The report of the ceremony of Professor Mieczysław Gogacz award.....	277
Note about authors.....	283

Quaestiones in libros Ethicae nicomacheae Aristotelis (BJ 741, f. 52v-54r)

Opracowanie: Paulina Brodzik, Magdalena Płotka, Michał Poręcki, Jurata Serafińska,
Hanna Szczęśniak, Anna Tustanowska

Etiam prima causa plus constat effectum, quam secundaria et ergo plus Deus est causa felicitatis. Similiter trahens est causa tracti, modo felicitas est trahens et homo est tractum.

Contra responsio est, contra philosophum in littera, quia dicit, quod est a causa humana. Iam felicitas non est a causa divina, quia sic vel tamquam a causa universali vel particulari, si universali tunc sequitur, quod felicitas non esset magis a Deo, quod aliqua alia res est quaelibet res est a Deo, tamquam a causa universali et sic felicitas non debet dici magis a causa universali.

Item felicitas est donum divinum et sic est a causa immediata et propria, Aristotelem ex littera vero dicitur est donum deorum. Item sic aliquae virtutes sunt immediate a Deo et hoc maxime felicitas probatur sic assumptum

de virtutibus theologicis, scilicet fide specie¹. Item felicitas est a causa humana, igitur non divina, quia nullus experitur se recepisse felicitatem a Deo, sed vere a virtuosius operationibus.

Nota, tres sunt operationes de causa felicitatis, nam quidam dixerunt, quod esset a causa divina, alii a causa humana, alii a formativa et ergo dum est, quae sit causa felicitatis, quod unde pro isto nota felicitas secundum Buridanum a causa divina et humana. Sed differenter, quia est a causa divina, tamquam a causa universali eo, quod causa prima est causa omnium istorum inferiorum. Sed est a causa humana, tamquam a causa propria et determinata, sicut homo generat hominem et sol, sic homo generat in se felicitatem et Deus et sic ad argumentum primum non sequitur est a causa humana, igitur non divina,

¹ „Posiadać doskonałe dobro bez jakiegokolwiek ruchu może jednak wyłącznie ktoś, kto posiada je z natury, tym zaś kto z natury posiada szczęście, jest jedynie Bóg [...] stąd też zgodnie z Filozofem szczęście jest nagrodą za cnotliwe czyny”. Zob. św. Tomasz, *Traktat o szczęściu*, w: tenże, *Summa theologiae* I-II, q. 1-5, art. 7, tłum. W. Galewicz, Kęty 2006, s. 114. Por.: „Bóg chciał, żeby wszystko było dobre, a lichego, żeby nie było nic, ile możliwości, więc wziął wszechświat cały widzialny, który nie miał spokoju, tylko się poruszał byle jak i bez porządku, wyprowadził go z chaosu i doprowadził do ładu [...]”. Platon, *Timajos*, 29 D, tłum. W. Witwicki, Kęty 2002, s. 27.

quid stat utrumque de alis dicitur, quod est a causa divina, tamquam a causa univesali.

Sed tamen sciendum est, quodammodo specialitati et intermediatione, felicitas est a Deo, quam alia entia eo, quod Deus est obiectum felicitatis immediatum et Deus quodammodo stricte et sensuali modo operatur ad felicitatem et maxime in his, quae sunt exercitati in bonis operationibus, unde Albertus Magnus, Deus invisibiliter et insensualiter in animabus et in maxime in illis, quae sunt bonis consuetudinibus praeparatae². De alio nota felicitas dicitur donum divinum modo ideo, quia immediatam et solum est a causa divina. Sed ideo, quia habet pro obiecto ens divinum, quod est Deus.

De alio dicitur, quod aliquae virtutes sunt immediate a Deo hoc est supernaturaliter. Sed loquendo pure philosophice, tunc dicitur, quod non, quia concurrunt ibi humanae operationes humanae.

De alio dictum est de isto, quod Deus est se causa felicitatis, quia imperceptibiliter et suaviter operatur in felicitate³. Dum est quomodo acquiritur in nobis felicitas, dicitur, acquiritur in nobis per disciplinam, id est per scientiam et per studium, unde ad hoc, quod aliquis acquireret felicitatem reperitur circa primo requiritur cognitio quantum ad intellectum et illa acquiritur per studium. Secundo requiritur assuefactio in affectu et appetitu, quod homo assuescat in bonis operationibus. Tertio, quod homo verceat se in bonis operationibus sic, quod non iaceat ut

strophæ, sed oportet, quod disputet et pauperes visitat et sic patet.

Utrum felicitas provenit a hominem

a causa humana ex litera elicitur, quod sic et hoc patet ex definitione felicitatis, quia felicitas est operatio secundum virtutem perfectum modo, virtus acquiritur in nobis per distinctivam et asuefactionem in bonis operibus. Similiter, felicitas est finis hominis et sic aliquo modo, debet esse potestate hominis aliis, tunc natura humana esset frustra, similiter felicitati conveniunt conditiones ipsem in quantum procedit a causa humana et ergo dicitur a causa humana, tamquam a causa propria, contra nullum donum vel bonum divinum provenit ab homine felicitas est donum divinum maiorem, quia dicitur divinum eo, quod est a Deo sed minore per ex litera.

Item sit sequitur, quod in perfectione posset facere seipsum perfectum, quia homo est imperfectus, et felicitas est donum perfectum, et si esset a causa humana, tunc idem perficeret seipsum, quod est contra philosophum (VII libro „Metaphysicae”⁴). Item unum bonum convenire est a causa humana, sed felicitas est huiusmodi minorem ex litera. Item sic sequitur, quod homo per sua naturalia posset acquirere felicitatem perfectam per Sanctum Thomam, qui dicit, quod est impossibile est ratione sic felix consistit in visione divine essentiae modo, felicitas impossibile est, nos habere hic visionem divinam⁵. Item sic maxime esset ab operationibus virtuosis felicitatem, quia Deus est virtutis infinitae et

²Zob. św. Albert Wielki, *Summa theologiae*, w: *Opera omnia*, t. 31-33, red. A. Borgnet, Paryż 1890-99.

³Por.: „Jeśli zatem ludzki intelekt, poznając istotę jakiegoś stworzonego skutku, o Bogu dowiadyuje się jedynie, że jest, wówczas doskonałość tego intelektu nie dociera jeszcze rzeczywiście do pierwszej przyczyny, lecz pozostawia w nim naturalne pragnienie, ażeby ją poznać. Dlatego ów człowiek nie jest jeszcze doskonale szczęśliwy, doskonała szczęśliwość wymaga zatem, aby intelekt docierał do samej istoty pierwszej przyczyny. Tak więc osiągnie on swoją doskonałość przez zjednoczenie z Bogiem jako przedmiotem bezpośredniego poznania, gdyż jedynie na tym polega szczęście człowieka, jak powiedzieliśmy powyżej”. Św. Tomasz, *Traktat o szczęściu*, dz. cyt., s. 86.

⁴Arystoteles, *Metafizyka*, 1034a, tłum. K. Leśniak, Warszawa 1983, s. 178.

⁵„Szczęście niedoskonałe, osiągalne w tym życiu, człowiek może zdobyć swoimi naturalnymi siłami, tak samo jak cnotę, na której działaniu ono polega, jak pokażemy poniżej. Jednakże doskonałe szczęście człowieka, jak powiedzieliśmy wcześniej, polega na widzeniu boskiej istoty. [...] Tak więc ani człowiek, ani żaden inny byt stworzony nie może osiągnąć szczęścia za pomocą swych sił naturalnych”. Św. Tomasz, *Traktat o szczęściu*, dz. cyt., s. 110.

sic posset felicitatem creare in homine sine suis operationibus et ergo non oportet, quod sit per operationes. Item sic sequiritur, quod creature notabiles nobiliori modo attingerent finem suum, quam homo, quia creaturae notabiles attingunt finem suum immediate, homo autem mediate scilicet per multor labores, ut asinus immediate vadit ad praesaepe. Item sic sequiritur, quod cuilibet bonum posset inesse felicitas, quia causa humana inest omnibus, sed consequens ut patet de fatuis naturaliter. Item homo non potest seipsum felicitare, igitur felicitas non est a causa humana, quia nihil reducit se de potentia ad actum (IX libro „Metaphysicae”⁶). Etiam nihil dat, quod non habet modo homo, non habet felicitatem de primo bonum potest dici divinum dupliciter essentialiter, quia essentialiter est res divina et sic Deus est bonum divinum et sic maior vera alio modo, dicitur bonum divinum, quia maxime facit assimilari divinis, quia vel habet bonum divinum pro objecto et sic maior est falsa.

De secundo dicitur secundum Buridanum, quod aliquid existens perfectum prima perfectionem remoto impedimento potest se facere perfectum secunda perfectione (verbi gratia) sic quiescens⁷. Sursum potest se movere deorsum remoto impedimento, et sic remoto impedimento movet se secunda perfectione, scilicet animam et sic seipsum se perficere iam perfectionem per operationes virtuosas.

Sed ad Philosophum (VII libro „Metaphysicae”) dicitur, quod imperfectum non perficit seipsum prima⁸. Prima perfectione vel si seipsum perfici, perficere verum est de so-

lo, quia oportet, quod concurrant alia scilicet Deus et fantasmata. De alio dicit Philosophus in lectura felicitas est bonum communae, possibile omnibus existere, non orbatis ad rationem dicitur, nonanter non orbatis propter naturam fatuos et legitime impedimentos, ex quo patet, quod nulli est impossibilis felicitas voluntati et se dispositi et sic ad argumentum dicitur, quod unum bonum communae est a causa humana se sola, vel tamquam a causa sufficiente et totale potest esse a causa humana propria et immediata.

De alia dicitur, duplex est felicitas, scilicet praemiatória et meritoria. Praemiatória excludit omniam malia poene et culpa et ista non habentur praesenti vita, sed in futura nec potest haberi per naturalia hominis. Alia est meritoria et est felicitas viae et talis est imperfectum et potest haberi. In hac vita per naturalia hominis et solum excludit malum culpae, sed non malum poene, quia boni viri plus tribulationes patiuntur quam alii.

De alio dicitur, quod felicitas advenit homini ex cooperationibus studiosis et virtuosis. Sed ad cooperationem dicit sanctus Thomas, quod operationes requiruntur ad felicitatem non ex insufficientia⁹. Primae causae beatificantis, sed ut servetur ordo in rebus nam talem ordinem Deus, quod quaedam res attingunt ultimum finem sine motu. Quaedam cum motu, sicut homo, cum ratione et intellectione attingit felicitatem.

De alio dicitur, quod non est simile de creaturis irrationalibus, quia creatura irrationalis non possunt attingere finem, qui est bonum perfectum, sicut homo, unde nobilior est attingere bonum perfectum pluribus moti-

⁶Arystoteles, *Metafizyka*, 1049b, s. 232.

⁷Por. O. Pluta, *Jean Buridan i jego działalność na uniwersytecie w Rostock w XV wieku*, <http://www.ict.kul.edu.pl/ictart.html?op=2&aid=463> (data dostępu: 27.05.2012).

⁸Arystoteles, *Metafizyka*, 1034a, s. 178. Por.: „Pojmując szczęście jako pomyślność losów, wcześniej Grecy uważali je za dar bóstw. Potem Demokryt, Arystoteles i ich następcy doszli do przekonania, że szczęście jest właśnie dziełem własnym człowieka. [...] Scholastycy tylko dobra religijne uważali za szczęściodajne; wszystkie inne są na to zbyt nietrwale i zawodne, zbyt małe”. Por. W. Tatarkiewicz, *O szczęściu*, Warszawa 2011, s. 65.

⁹„Szczęście ma swój początek ze względu na stan osoby, która w nim uczestniczy, nie ma zaś kresu ze względu na stan dobra, które ją uszczęśliwia dzięki temu uczestnictwu. Z czego innego wynika więc początek szczęścia, z czego innego zaś to, że nie ma ono kresu”. Zob. św. Tomasz, *Traktat o szczęściu*, dz. cyt., s. 109.

bus et auxilio, extrinseco, quem finem imperfectum sine motu et sine auxilio extrinseco, sicut verbi gratia melius dispositas ad sanitatem et hoc per auxilium medicinam, quod si solum posset consequi sanitatem imperfectum sine auxilio medicinae. Sic est hic et sic negantur consequentia.

De alio nihil reducit se de potentiam ad actum verum est se solo. Sed consequentibus non est inconueniens et sic homo motibus virtuosus reducit se vel nihil reducit se de potentia ad actum. Primum, quia non potest seipsum generare. Sed bene ad actum secundum, scilicet ad interiorem, sed queritur nihil datur, quod non habet. Secundo „Elencorum” dicitur, quamvis homo non habet felicitatem formaliter, tamen virtualiter, quia habet potentias naturales quibus inmediate consequitur felicitatem et sic patet¹⁰.

Urtum felicitas advenit homini a fortuna, ex littera elicatur, quod non, quia felicitas est quid optimum et perfectissimum, sed hoc est attribuere fortunae est perniciosum, etiam fortuna est maxime variabilis. Felicitas autem est quid stabilissimum et sic non potest esse a forma felicitatis hoc idem patet, ex definitione felicitatis, quia felicitas est operatio secundum virtutem perfectam et talis non est a fortuna immo sequitur, sic tunc periret omnis ars politica et aliae, etiam id, quod evenit a fortuna hoc evenit propter intentionem secundum „Physicorum”¹¹. Sed felicitas non sit praeter intentionem, sed ab intentione quia est finis ultimus.

Contra felicitas advenit homini a fortunae, quia id, quod evenit homini extra propter et frequenter est a fortuna secundum „Phy-

sicorum”. Sed felicitas est huiusmodi, quia raro homines sunt felices. Item sic dicit Philosophus, idem est fortuna et felicitas et sic tunc evenit a fortuna. Item sic felicitas advenit homini ab intellectu practico. Sed talis est fortuna secundum „Physicorum”. Item sic bonum est hominem felicitari a fortuna igitur, quia melius est hominem felicitari a causa divina vel humana, quam fortuna igitur melius est ipsum felicitari a fortuna bona per locum diabolicum, vel a comparatione ad positum vel si non maxime, quod eveniret cum intentione et a forma praeter intentionem falsam, quia quando puer statim moritur post baptismum felicitatur et hoc sit a fortuna, quia sit praeter intentionem, sicut et sani innocentes¹².

Item homo non semper intendit felicitatem, quia quandoque homo aliquid operatur et nihil cogitat de felicitate. De primo dupliciter aliquid dicitur, evenire extra semper et frequenter, uno modo secundum tempus et sic est verum, quod felicitas evenit extra semper et frequenter. Alio modo, in ordine ad suas causas et sic semper sicut eclipsis, evenit extra semper et frequenter, quod tempus quia raro fit. Sed quod causas tunc semper fit uniformiter, quia interpositione etc. Similiter felicitas semper ex operationibus virtuosis. De secundo bona fortuna et felicitas non sunt idem essentialiter. Sed ad Philosophum dicitur, quod ibi narrat opinionem. Aliorum vel dicitur, quod bona fortunae requiruntur ad felicitatem decoratione, sed non essentialiter.

De alia dicitur, quod felicitas advenit hominum ab intellectu practico, qui est fortuna, sed non sub ea ratione, quae est fortuna quia semper sit cum intentione et sic bene sit

¹⁰„Arystoteles, chcąc naukę obyczajów nam przelożyć, naprzód poczyna od najwyższego szczęścia, dlatego iż koniec przyczyna jest największa, za którego poznaniem każdy człowiek bywa poruszony do spraw swoich”. Sebastian Petrycy z Pilzna, *Pisma wybrane*, t. I, Kraków 1956, s. 18.

¹¹„Są tedy cztery przynajmniej podstawowe pojęcia szczęścia; szczęśliwy jest po pierwsze ten, komu sprzyja pomyślny los, po drugie – kto zaznał najintensywniejszych radości, po trzecie – kto posiada najwyższe dobra lub przynajmniej dodatni bilans życia, i po czwarte – kto jest zadowolony z życia”. Por. W. Tatarkiewicz, *O szczęściu*, dz. cyt., s. 24.

¹²„A cóż mam mówić o radosnym upojeniu najwyższym i prawdziwym dobrem, o pogodnym tchnieniu wieczności. Które towarzyszy samemu już widzeniu i kontemplowaniu prawdy?” Św. Augustyn, *Soliloquia i inne dialogi o duszy*, tłum. D. Turkowska, Warszawa 2010, s. 207.

ab illa re, quo est fortuna, quia in intellectu practico, sed non in quantum fortuna. De alio ille comparatus melius ibi sumitur improprie, sicut dicitur Deus est melior diabolo sic in proposito. De alio dicitur, quod intelligitur de felicitate meritoria modo, puer sic baptismus est felix, felicitate premiatoria. Sed utrum hoc est a fortuna, quod puer sic moritur, dicitur quod non quia hoc sit cum intentione. Aliorum scilicet amicorum, quia ipsi propter hoc baptisaverunt ut salvaretur. De alio non oportet semper ultimum finem esse intentum actuali intentione. Sed sufficit quod sit ibi habitualis et primaria intentio.

Utrum aliquod animatum vel puer sit felix ex littera elicitur, quod non primo patet de brutis sive animatis, quia illa non operantur secundum virtutem et non comunicantur in operatione virtuosa. Sed de primo patet propter defectum aetatis propter, quod non operatur. Secundum virtutem corpus homini est felix igitur aliquid animatum est felix creatura ab interiori ad superius. Similiter intelligitur de irrationali, contra aliquod irrationale animatum est felix, quia corpus hominis est felix quia totus homo est felix igitur corpus suum, quia homo non potest esse sine corpore suo. Item sic intelligentia est felix et est aliquod animatum irrationale. Item sic brutum, etiam est felix, quia brutum appetit assimilari primo enti et hoc requiritur ad felicitatem, quod homo assimilatur primo enti et hoc requirit ad felicitatem, quia in hoc consistit felicitas, quia et hoc requirit ad felicitatem, quia in hoc consistit felicitas, quia necessario requiritur ad felicitatem, quod homo assimiletur primo enti. Contra secundam partem puer est felix patet, ex littera, ubi dicitur pueri beatificantur. Item sic puer centum annorum est felix igitur puer etc., quia antiquus est felix et ille puer. Item sic puer est ita perfectus, sicut senex, igitur qua ratione senex est felix eadem et puer, si quod essentialia tunc ita debet dici felix, sicut senex. Simi-

liter quod accidentaliter puer est magis perfectus, igitur est magis felix senex, quia magis abundat in calore et spiritibus vitalibus et ista sunt accidentaliter. Item sic pueri operantur secundum virtutem igitur possunt esse felices, quia videmus, quod pueri coguntur agere secundum virtutem.

De primo nota per animatum in proposito intelligitur brutum et hoc ibi neque equum bovem nec aliud animatum.

De alio dicitur, aliquid est felix uno modo principaliter, quia essentia felicitatis est in ipso et sic anima rationalis est felix. Alio modo consecutive, quia est instrumentum animae felicitatis et sic corpus est felix instrumentaliter.

De tertio dicitur, quod intelligentia non est animatum rationale quia proprie non est animata, quia non est in formata anima.

De quarto, de brutis dicitur, quod talis assimilatio, cum primo ente requiritur ad felicitatem. Sed non sufficit, quia plus requiritur, quia requiritur, quod talis assimilatio fiat secundum cognitionem intellectivam, qua caret bruta.

Sed dices tamen coniunctat in ultimo fine cum homine quia idem est ultimus finis et brutorum, quia Deus gloriosus dicitur Sanctus Thomas, dupliciter contingit loqui de ultimo fine uno modo, quando omni ad ipsam rem, quae est ultimus finis et sic Deus est ultimus finis omnium et sic omnia conveniunt in ultimo fine, eo quod Deus est finis ultimus et sic in fine hominis non comunicant creature irrationales, nam homo et aliae creature rationales consequuntur, ultimum finem cognoscendo et amando Deum, quod non convenit aliis creaturis irrationalibus, quae adipiscuntur ultimum finem in quantum probabunt aliquo similitudine Dei, secundum, quod sunt vivunt et cognoscunt¹³.

De alio dicitur in lectura pueri beatificantur propter spem, quia spes est de eis, quod possunt agere. Secundum virtutem, ex quo

¹³Por. O. Pluta, *Jean Buridan i jego działalność na uniwersytecie w Rostock w XV wieku*, dz. cyt.

elicitur, quod actu non sunt felices, et sic dicitur, quod per non est felix actu, sed bene futura felicitate licet non habituali, sed tamen potentiali.

De alio dicitur, quod intelligitur, de puero secundum aetatem et hoc ibi non enim operatur, secundum aetatem et non secundum mores. De alio duplex est perfectio, ut caput autor commentarum dicit, ut in diabolica collationem essentiali, ad quam requiritur materia et forma rationalis et sic puer est

sic perfectus, sicut senex et in tali perfectione non consistit felicitas. Alia est accidentaliter et talis est duplex, quaedam quae requirit ad esse, sicut spiritus vitalis. Alia est, quae requiritur ad esse hominis moraliter et in tali consistit felicitas et talis non est in puero, et si quando est hoc est valde raro, sicut in beato Nicolao et intelligitur. De felicitate acquisita pure physicae sanctus autem de beatitudine infusa est qualem habuit Sanctus Nicolaus.

Capitulum secundum

Utrum operationes secundum virtutem sunt divinae felicitatis. Dicitur, quod sic, illae divinae autem felicitatis est bonum stabilissimum et sic debet causam stabilissimum. Sed inter opera humana operationes virtuosae se consecutores et permanentiones.

Secundo modo illa quaestio intelligitur sic secundum Albertum, operationes secundum virtutem sunt divinae felicitatis isto modo, quia virtus continet potentiam operativam, in qua est ne declinet ad aliqua opera servilia et infamia, vel sic divinae felicitatis, quia habetur principaliter et a divino denominatur felix a virtuosis operationibus, contra fortuna est domina felicitatis. Igitur non operationes, quia illud est domina felicitatis, sine quo non contingit hominem esse felicem, sed sic est de fortuna minorem ex lectura, et per auctorem in „De bona fortuna”. Item si non maxime ideo, quia in bonis fortunae non est bene vel male, ut dicit lectura, scilicet quia in bona fortuna contingit esse felicem, sed ex mala contingit esse infelix, quod infortunatum nemo felicitavit. Similiter, quod infortunatum nemo felicitavit, contra factum in se operationes secundum virtutem non sunt divinae felicitatis, quia sic maxime, quod operationes secundum virtute requiruntur ad felicitatem et hoc est secundum, quia si principaliter vel essentialiter vel accidentaliter,

si primum tunc nullus potest esse felix sine operationibus virtuosis subset, quia aliquis ex recta electione potest esse, felix non habendo aliquam virtutem, ut patet de latrone in cruce.

De primo nota, secundum philosophum fortuna non est domina felicitatis, quia est multum variabilis et sic sequi, fortunas est eundem felicem fieri miserum et est converse, quaemadmodum camaleunta tale animal et ergo dicitur, quod operationes secundum virtutem sunt divinae felicitatis, quia felicitas causatur ex operationibus virtuosis.

Secundo nota, quod bona fortunae requiruntur ad felicitatem, non quod in eis essentialiter consistit felicitas, sed quia vita humana his indiget pro sua necessitate, quia indigent vestigi et reliquo famulatu, ut probatur decimo huius et etiam pro suco decoramento et hoc vult philosophus, primo huius et in libro „De bona fortuna” sic quod loquitur, de felicitate politica, quod eius decoramento.

De secundo dicitur, quod dictum philosophi intelligitur, sic id est bona fortunae non reddunt hominem simpliciter et essentialiter bonum felicem, vel miserum requiruntur, tamen ad vitam humanaum ut dictum, per sustentationem et necessitate.

De alio felicitator non mercatur secundum fortunam, quia felix scit facere optime

fortunam utrumque, tam prosperam, quam adversam, quia in utraque re fulget bonum virtutis. Sed ad primum, qui dicit subiectum infortunis nullus felicitavit verum est nullus eum felicitavit felicitate politica, quod eius decorata exteriora, cum hoc stat, quod essentialiter sit felix.

De alio dicitur, quod requiritur essentialiter, quia sine operationibus virtuosus non contingit esse, ad felicem, sed quando utitur aliis ex recta electione dicitur, dupliciter operationes dicuntur secundum virtutem. Uno modo, quia procedunt ab habitu virtutis moralis et sic non requiruntur essentialiter, ut procedit ratio. Alio modo, quia fiunt secundum rectam rationem electione a quo procedit virtus et sic terminator essentialiter et sic intelligitur, quod operationes virtutem terminantur essentialiter non secundum habitum, sed etiam ex recta electione. Dubium est unde operationes secundum virtutem talem habent permanentiam, quod sunt de hoc, quod hoc est propter continue vivere in eius ipsos beatos vel felices, quia felix vel beatus continue exercet se in talibus operationibus secundum virtutem et sic non traduntur oblivioni, sed tamen virtus moralis habet maiorem permanentiam, quam operatio secundum virtutem.

De hoc dictum est, unde philosophus dicit, nihil operum humanorum, id est, inter operationes humanas natura est constantior operatione virtuosa et permanentior et maxime honorabilissima.

Utrum virtutes et earum operationes sint permanentiores disciplinis, dicitur, quod sic ex lectura illo permanentiores omnium et subiungit rationem propter maxime et continue vivere in ipsis beatos, etiam videmus, in experimentia, quia videmus, quod virtuosus diutius in senectute actus operationum virtutum moralium, quam actus speculativarum scientiarum. Similiter videmus, virtuosos statim, sine studio longo promptos esse, ad opus praesentis speculativos autem, cum debeant,

actus speculativos exercere videlicet disputare vel legere vel praedicare videmus, longo studio praemuniri. Sed si debet continuum habere statim facit, sine praemunitione contra virtutes et earum operationes non sunt permanentiores, quia non sunt multum variabiles, quia sunt circa actus vel circa bona humana, quae sunt multum variabilia ut illa, quae sunt hic virtuosa alias sunt vitiosa primo huius contra factum in se virtutes et scientiae sunt diversiores ut patet ex praesentis.

Item nihil est permanentius scientia, quia nihil est permanentius aeterno, sed scientia est aeterna minorem, quia scientia Dei contra factum in se virtutes non sunt permanentiores disciplinis, quia scientiae sine disciplinae sunt permanentiores virtutibus, quia scientiae procedunt ex principiis necessariis impossibilibus aliter se habere. Sed virtutes ex contingentibus maiorem primo posteriorum minorem, quia procedunt ex actibus humanis, quae sunt contingentes. Item scientiae sunt in subiecto permanentiori, igitur sunt permanentiores, quia scientiae sunt in intellectu et virtutes morales in appetitu sensitive. Sed intellectus est permanentior appetitu sensitive. Item virtutes morales sunt circa materiam erroneam et variabilem primo huius scientiae, autem circa materiam invariabilem, quia circa conclusiones, quae sunt et sic virtutis itus actus horribilissimi sunt permanentiores. Sed scientiae sunt huiusmodi minorem, quia scientia est habitus speculativus, qui est nobilior, quam practicus ut est virtus moralis. Item sic stat scientia esse intensiorem et magis radicatam in subiecto, quam virtutem moralem ut pueri sequitur, cur est verum non rei etc. Item sic maxime propter rationem Philosophi, sed ista sunt falsam, quia fuerint, quod felix continue vivit et exercitat se in actibus virtuosus, quia non semper est actus iustitiae, etiam dicit operationes non possunt deleri per oblivionem falsum de eremitis pro quaestione securitas seu permanentia habitus potest attribui multipliciter uno modo ra-

tionem, quia habet obiectum permanentius est sic scientia est permanentior virtute morali, quia est consequens, quae sunt aeternae virtutis. Virtutes autem circa materiam variabilem in actus humanos, quod [...] et variables ut patet primo huius secundo ratione principiorum seu ratione causae efficientis instructibi-

lis et sic scientia est permanentior, quia causatur ex principiis necessariis virtus vero moralis causatur ex operationibus, quae sunt contingentes tertio modo ratione subiecti permanentioris.

Dodatek

Wykaz czcionek oraz abreviatur najczęściej pojawiających się w rękopisie BJ 741¹⁴:

A. Abreviacje i wybrane wyrażenia:

3 - 3	falsa - fa	quam - qm
alio - alio	gloriosus - gloriosus	qu(a)edam - qdam
aliquam - aliquam	habet - habet	qu(a)elbet - quelbet
animam - animam	hiis - hiis	quia - q, qd
anim(a)e - animae	idem - idem, idem	quod - q, qd
baptismum - baptismum	immediate - immediate	quoqu(a)e - quocumque
bono - bono	imperiis - imperiis	responsio - responsio
Buridanum - Buridanum	item - item	scilicet - scilicet
contra - contra	litera - litera	secunda - secunda
creare - creare	mediate - mediate	sed - sed
creatur(a)e - creaturae	modo - modo	seipsum - seipsum
creaturis - creaturis	patet - patet	sequitur - sequitur

¹⁴Opracowali Anna Tustanowska oraz Michał Poręcki. Serdeczne podziękowania należą się Maciejowi Głowackiemu za pomoc w technicznym opracowaniu zdjęć.

cuilibet - $\alpha\upsilon\tau\acute{\iota}\mu$	per animam - $\pi\alpha\sigma\acute{\iota}\nu\theta$	similiter - $\sigma\iota\mu\iota\lambda\acute{\iota}\tau\epsilon\rho$
debet - $\delta\epsilon\iota\chi\epsilon\iota$	perfectum - $\pi\epsilon\phi\acute{\epsilon}\rho\tau\acute{\alpha}\nu$	simpliciter - $\sigma\iota\mu\phi\lambda\acute{\iota}\kappa\tau\acute{\alpha}\nu$
dicitur - $\lambda\epsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$	Philosophum - $\phi\iota\lambda\acute{\omega}\sigma\phi\acute{\omicron}\nu$	sive - $\eta\upsilon$
dupliciter - $\delta\iota\upsilon\tau\acute{\alpha}\nu$	phisicorum - $\pi\eta\sigma\iota\kappa\acute{\omicron}\nu$	suum - $\sigma\upsilon\upsilon\mu$
essentialiter - $\epsilon\sigma\sigma\epsilon\iota\alpha\sigma\tau\acute{\epsilon}\rho$; $\epsilon\sigma\sigma\epsilon\iota\alpha\sigma\tau\acute{\epsilon}\rho$	potest - $\mu\acute{\omicron}\nu\kappa\acute{\iota}\tau$	tamen - $\tau\acute{\alpha}\mu\epsilon\upsilon$
esse - $\epsilon\sigma\tau\acute{\iota}$	prima - $\pi\acute{\rho}\omega\tau\eta$	tracti - $\tau\acute{\rho}\alpha\chi\epsilon\iota$
est - $\epsilon\sigma\tau\acute{\iota}$	primo - $\pi\acute{\rho}\omega\tau\acute{\omicron}$; $\pi\acute{\rho}\omega\tau\acute{\omicron}$	tunc - $\tau\acute{\omicron}\nu\kappa$
ex - $\epsilon\kappa$	principaliter - $\pi\acute{\rho}\omega\tau\acute{\omicron}\nu$	universali - $\kappa\alpha\tau\alpha\upsilon\upsilon\sigma\tau\acute{\omicron}\nu$
existens - $\gamma\omicron\upsilon\sigma\iota\sigma\tau\acute{\omicron}\nu$	probatur - $\mu\epsilon\tau\acute{\omicron}\nu\tau\acute{\omicron}\nu$	utrum - $\eta\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$
extra - $\epsilon\kappa\tau\acute{\omicron}\nu$	propria - $\pi\acute{\rho}\omega\tau\acute{\omicron}\nu$	utrumque - $\eta\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu\kappa\acute{\alpha}\tau\alpha$
		vero - $\alpha\lambda\epsilon\theta\acute{\omicron}\varsigma$

B. Czcionki:

A- $\alpha\beta\gamma$	H- $\eta\theta\iota$	Q- $\kappa\lambda\mu$
B- $\delta\epsilon\zeta$	I- ι	R- $\nu\zeta$
C- $\zeta\eta\theta$	L- λ	S- $\sigma\tau\upsilon\phi\chi\psi$
D- $\theta\iota\kappa$	M- $\mu\nu\omicron$	T- $\tau\upsilon\phi\chi\psi$
E- $\kappa\lambda\mu$	N- $\nu\zeta$	U- $\eta\theta\iota$
F- $\nu\zeta$	O- $\omicron\pi\rho$	V- $\nu\zeta\eta$
G- $\sigma\tau\upsilon$	P- $\pi\rho\phi\chi\psi$	X- \omicron

